

DISPUTATIO IV.
Centuria Quarta.

QVÆSTIONVM
ILLVSTRIVM

PHILOSOPHI-

CARVM

In Inchtâ VVittebergensi Academiâ

Proposita:

PRAESIDE

M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.

Publ.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO GIRSCHIO
Culmbaco Franco.

Ad 20. Februar. horu à 6. matutini in auditorio col-
legii veteris.

VVITTEBERGAE

Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus
Pauli Hellyvigii Bibliop. Anno 1600.



*Antiquâ ac laudabili Profapia Nobilissimo, juxta ac
virtute Heroica gravissimo præstantissimoꝝ*
Dn. IOANNI ADAMO à Wiersperg in
Lantendorff.

VIRO item

*Spectabili, Prudentia, eximiaque virtutum laude
& multiplici rerum usu præstantissimo;*
Dn. BURCHARDO CLANNERO,
Ordinis Senatorii in inclyta VVitebergenfium
Reipubl. Primario, ibidemque Consistorii Ad-
vocato dignissimo. Hospiti & Promoto-
ri suo summo studio prosequendo,

NEC NON

Prudentia, virtute, Pietate, integritate conspicuo

VIRO

Dn. IOHANNI Kern Reipubl. Culmba-
censis Archigrammateo celeberrimo;

*Dominis Mecænatibus, Fautoribus & Promotoribus suis
perpetuo observantia cultu honorandis*

Ἐμμεσμα hoc φιλοσοφικὸν in amoris & grati animi


τεκμηρίον officiosè

Dicat &

Consecrat;

Christophorus Girschius

R. & A.



QVÆSTIO I.

Quot modis fiat Reductio Syllogismorum imperfectorum ad Perfectos?



Voniam ¶ Syllogismus alius est perfectus, alius im-
perfectus, Aristoteles 1. prior. 1. c. 10. Imperfe-
ctus vero, non nisi imperfecte colligat, perficiendus
erit.

Imperfectum ¶ cum Philosopho loco dicto no-
minamus cum, qui una re, pluribus ve indiget, que
quidem per presuppositos terminos sunt necessaria,
non tamen sumta sunt per propositiones. Ostenditur hoc ipso, egere una
vel pluribus, hoc est, novis Propositionibus, explicante Pacio ad 1.
prior. 1. §. 10. que tamen necessarie sint per terminos presuppositos, &
imperfecti necessitatem sine novis adscitis terminis aperiant.

Recte ¶ proinde hic quaritur: Quis hujus Reductionis sit pro-
cessus? Ad quem accedemus, si prius pramonuerimus, questionem non
esse. 1. De Modorum indirectorum ad directos reductione. 2. De per-
fectorum ad imperfectos, de qua Aristoteles 1. prior. cap. 45. 3. De
perfectione Collectionis. Sed apparentia: Et tales sunt syllogismi se-
cunda & tertia figura. Fatit enim reductio ut in his argumentatio-
nibus: Principium Regulativum; dictum de omni & nullo (nempe in
quibus illud alias latet, & interdum minime apparet) inesse per
transfusionem in primam figuram, demonstratur.

Fit ¶ vero demonstratio hac, modis in Peripato receptis tribus; 4.
1. Reductione Ostensiva. 2. Deductione ad Incommodum. 3. Expo-
sitione.

Ostensivam ¶ seu Directam ad operficiunt: per a Deo transposi-
tio, & artificiose conversio. Transpositio est, quando ex Majore fit mi-
nor, & minore Major. Conversio quid sit in superioribus fuit disputa-
tum, & docetur ab Aristotele 1. prior. 2.

6. Quomodo † Et quando, quævis usurpari debeat, ostendunt modorum litera consonantes accuratè observanda, quæ duplices sunt, Initiales & Media. Initiales quarum sunt A. B. C. D. E. generale quasi præcognitum continent. Docent enim modum secundæ vel tertie figurae reducendum esse ad modum primæ sibi initiali litera correspondentem; Sic Cesare & Camestres ad Celarent; Darapti, Disamis, Datisti ad Darii; Festino, Ferison, ad Ferio, reducuntur.

7. Media † huic negotio intervenientes totidem sunt S. P. M. C. S. simplicem propositionis conversionem notat. P. eam quæ dicitur per accidens. M. transpositionem, C. reductionem per impossibile: Quæ hisce versibus artificiosè ab antiquis comprehensa fuerunt:

S vult simpliciter verti: P vero per Acci:

M. vult transponi: C per impossibile duci:

Hisce etiam serviti apta & accurata syllabarum divisio, quæ nisi probè observata fuerit, totum negotium evertit. Dividamus ergo modos 2. fig.

Ces, a, re: Cam, es, tres: Fes, ti, no: Bar, or, o:

Da, tis, i: Boc, ar, do: Fer, is, on:

Sic † ergo Cesare reduco ad Celarent simplici majoris conversione: Camestres ad Celarent, 1. Propositionum transpositione. 2. Simplicis minoris. 3. Simplicis conclusionis conversione: Festino ad Ferio simplici conversione majoris. Baroco (ut & Bocado) de quibus post deductionem ad impossibile. Darapti ad Darii conversione Minoris per accidens: Felapton ad Ferio itidem minoris conversione per accidens: Disamis conversione majoris, ut & conclusionis simplici: Datisti simplici conversione Minoris. Ferison itidem simplici Minoris conversione.

9. Summa † igitur hæc est: Omnes syllogismi reducuntur (directè) aut per conversionem tantum, aut per conversionem & transpositionem simul. Quo ad prius, conversio duplex est: Simplex & per accidens: Simplici, convertendo vel solam majorem Cesare, Festino; vel saleem minorem Datisti, Ferison. Per accidens convertendo Minorem Darapti, Felapton. Quo ad posterius requiritur transpositio præmissarum, eaque vel cum conversione Minoris & conclusionis, Camestres. Et hæc de modo directo.

10. Modus † Reductionis indirectus sive obliquus duplex est. Aut enim ipsa ostenditur conclusio positivè (verum alio quodam mediante)

dicant) vel privative, remouendo scilicet ea, quae collectionem vide-
bantur redere dubiam: illa est reductio per *indemon*, dicitur *Edwards*
Arist. 1. prior. cap. 6.

Reductio † ad Incommodum vel impossibile est, quando collectio-
nis necessitas ita demonstratur, ut nisi incommodum incurrere valuerit
adversarius, conclusionem legitime ex praemissis inferri concedere co-
gatur.

Erit † igitur processus talis: Si adversarius conclusionem ex pra-120
missis sequi negat, sumenda est huic contradictoria, utpote qua certo
est vera, si conclusio fuerit falsa. Huic adjungenda est altera pra-
missarum ab adversario concessarum: hinc absurdum & incommodum
concludetur, quod quavis per alias quoque figuras fiat, Aristoteles
1. b. 1. prior. cap. 6. Saltem hic tamen attendimus primam, utpote, quae
sola dictum de omni actu possidet. In hac igitur fit reductio per contra-
dictoriam conclusionem, & additam majorem, vel minorem. Quando
assumitur major, concluditur contradictoria Majoris hoc pacto:

Bar O. ambulans movetur

oc Q. homo non movetur

o Q. E. homo non ambulat.

Reduco ad impossibile.

Omnis homo ambulat

Omnis ambulans movetur.

E. Omnis homo movetur, quod impossibile

Quando assumitur Minor, concluditur hoc pacto: Syllogismus rati-
lis esto.

Dar Omnis homo est rationalis

ap Omnis homo est animal

ti E. Quodam animal est rationale.

Reducitur taliter.

Nullum animal est rationale

Omnis homo est animal

E. Nullus homo est rationalis:

Quia vero conclusio est falsa, alteram praemissarum falsam esse ne-
cesse est: Ex vero nil nisi verum sequitur. Verum praemissam ex syllo-
gismo reducendo desumptam, negare nequit: Prius enim eam conces-
serat. Itaque falsam esse oportet alteram, quae est contradictoria con-
clusionis: nulla omnino elabendi rima datur. Concesso jam, contra-

A 2

dictoriam

dictoriam conclusionis esse falsam, evictum est, veram esse conclusionem reducendi: quoniam duae contradictoriae nec simul possunt esse verae nec falsae.

43. Tandem ¶ notandum, hic est, omnes Modos secunda & tertia figura utraque reductione perfici; exceptis duobus Baroco & Bocardo, qui tantum d. id. r. & d. d. v. ad primam reducuntur. Vnde etiam nullis notantur licetis ad reductionem directam facientibus: Litera C aequi ut constat, impossibilis nota est.

QVÆSTIO II.

An Expositio sit syllogismus propriè ita dictus?

1. Ve ¶ & hac quaestio tantò decidatur rectius, ponimus ex parte subjecti syllogismum expositivum esse formam collectionis, quae medium syllogismi universalis firmiter demonstrat, assumto sub medio termino individuum, quodam e. g. sit syllogismus:

Q. homo est iustus
O. homo est mortalis
E. Q. mortalis est iustus.

Hunc sic expono:

Socrates est iustus
Socrates est mortalis
E. Q. mortalis est iustus.

Qui syllogismus reddendo conclusionem alterius syllogismi per aliquod sub medio contentum ostendit collectionem fuisse legitimam.

2. Ex parte ¶ predicati sumo 1. syllogismum esse discursum solius mentis proprium. 2. Et propterea non versari circa sensibilia. 3. Habere regulativa syllogismorum principia; Dicitur de omni & nullo. 4. Non plus inferre in conclusionem, quam fuerit in praemissis.

3. Vnde ¶ conclusio fit; ex hoc non esse syllogismum strictè sumtum, quamvis ex Analogia quaedam e. dem respondeat, idq. tali modo: 1. Nullus syllogismus versatur circa singularia, Expositio circa singularia quae sensib. exposita sunt, occupatur: E. pro syllogismo non habenda. Emergit hinc 2. syllogismus in iis, quae menti sunt propria est occupatus. Expositio

fris in singularib. que sensui subjiciuntur, non v. propriè intellectus. E.
3. Omnis syllogismus nititur principiis; Dicitur de omni, & dicitur de nullo.
Indeors videtur huic destituta. E. 4. Nullus syllogismus plus in
conclusionem infert, quam habuit in premis: Indeors ex antecedente
singulari consequens infert univ. verale. 5. Omnis syllogismi species ex se
concludit; non virtute alterius syllogismi. Expositio solum concludit
vi alterius syllogismi. E. Vera syllogismi species non est.

QVÆSTIO III.

Utrum substantiæ intellectuales sive intel-
ligentiæ sint compositæ ex materia & forma?

Dari ¶ intelligentias seu substantias intellectuales, quas Philo-
sophus orbium motores, Plato Deos minores, scriptura sacra Angelos
appellat, præter sacras literas, que luculenter de iis testantur, ra-
tionebus quoque Metaphysicis quodammodo probabile sit: Cum enim
creator hujus univ. Dens ter opt. Maximus Mundum hunc per pul-
crâ harmonia, & optimo ordine fieri voluerit, substantias quoq. à mate-
ria plane sejunctas producere debuit, ne omisso aliquo Entis gradu, ipsa
subordinatio imperfecta existeret & pulcritudo hujus univ. de qua
Philosophus v. de cælo. c. 1. gloriatur, deesse videretur, Adde quod
omnis actus imperfectus semper præsupponat perfectâ. Iam v. actum da-
ri imperfectum rerum, à materia dependentium, qualis est actus animæ
rationalis, que partim à materia dependet, partim suum esse ind. pen-
dens obtinet, certum est, ex Aristotele i. de part. an. c. 7. Ergo datur
etiam actus plane perfectus in hoc Entis gradu, qui plane est immate-
rialis, qui nec in esse nec in fieri à materia dependet, quique Angelis
unicè convenit.

Quibus ¶ ita positis & præsuppositis, ad ipsam rem nos accin-
gimus, ubi quæstio exurgit: Num tales substantiæ intellectuales
ex materia & forma tanquam essentialibus partibus compositæ
sint.

Qui ¶ affirmativam tuentur, huic potissimum utuntur rationi-
bus. 1. Quicquid est sub genere aliquo, illud est compositum, ex gene-
re & differentia. Substantia intellectuales sunt sub genere substantiæ.
Ergo

Ergo sunt composita ex genere & differentia: & per consequens ex materia & forma. Quod enim in Logica est genus, in Physica, certi observat a proportione, est materia: & quod ibi differentia; illud hinc forma.

II. Cuiuscunque competunt proprietates materiales, illud est materiale: Sed substantiis Intellectualibus, competunt proprietates materiales: ut recitare, pati &c. E.

III. Si actus & forma idem sunt, ut Aristot. Metaph. 9. cont. i. statuit, & vero substantiis spirituales non sunt composita ex materia & forma, sed tantum forma existunt; sequitur, unamquamque habere esse actum purum: hoc autem est falsum: E. & illud. Minor parte. Quia alias inter Deum qui solus actus purissimus est, & creaturam, nulla esset differentia.

IV. Si unum tantum Ens infinitum datur, utique formas intelligentiarum erunt recepta in materia; & sic finita. Nam forma in materia recepta tantum finita esse videtur.

V. Res motae habent materiam: Ad Angeli localiter moventur:

Ergo.

Contrarium vero sequentibus nititur fundamentis: I. Quia anima natura rationalis, quae ad naturam Angelorum proxime accedit, omnis quantitatis experta est. Ad eius probationem unicus scripturae locus sufficiat ex Psalm. 104. Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros ignis flammam. Vbi expresse per negationem, & remotionem corporei tatis fit mentio Angelorum, eos esse spiritus lucidos, subtiles, & caelesti claritate ornatos.

II. Nulla forma habens materiam perpetuo movere potest; quia tandem aliquando delassatur a materia & a suo vigore paulatim deficiat. At forma, quales sunt intelligentiae, perpetuo moventur orbem. E. (Haec ratio Aristotelis si vera si vera falsa sit, non curamus, modo probet, uti facit, nostrum institutum.)

III. Quia datur una differentia diversa substantia, nempe corporeum: Ergo datur etiam altera, incorporum. Hoc autem non potest accommodari ad Deum, cum linea praedicamentali excludatur: Ergo solius substantiis spirituales. Angelis nimirum competit, de quibus omnis materiae incorruptibilis negatur.

IV. Quia Deus, qui in singulis creaturis aliquod sui vestigium reliquit ut Facta cavit:

Exemplum

Exemplumq; Dei quicquid est in imagine parva:

Ita quidem, ut certos secundum gradus Deo, vel sint similiores vel dissimiliores: Est figuratur res omnes essentia & existentia sua Deum monstrant: Homo tamen, præter id quod in inferioribus creaturis omnibus invenitur, adhuc singulare aliquod donum sortitus est, animam nimirum spirituales & rationales, nempe particulam illam divinam auri. Longe itaque excellentiori modo Deum monstrat homo, quam cetera res. Quia propius ad similitudinem DEI accedit per animam hanc, atque ulla alia inferior creatura. Verum enim vero, ut ut se hæc similitudo habeat; conjuncta tamen adhuc est cum maxima dissimilitudine: cum spiritus ille hominis non sit species, neque per se & in se, sed in corpore & cum corpore speciem & Ens perfectum constituat. Supererat igitur adhuc unus aliquis gradus similitudinis, nempe ut aliquid existeret spiritus, & per se extra materiam & sine dependentia ad materiam vel corpus existeret, speciemque simplicissimam absolveret. Cum itaque talis spiritus sit angelus; Manifestum est, eum ex materia & forma compositum non esse.

V. Probatur immaterialitas Angelorum ex ipsa eorum intelligentia & cognitione, quæ quamvis finita, excellentissima tamen est, quod vel Christus ipse Matth. 24. v. 36. innuere videtur, dum inquit: De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater. Inde n. non difficile colligere est. Christum maximam cognitionem & intelligentiam ejusmodi spiritibus ascribere. Ergo illorum intellectus humano longe prævalet. Jam vero si Angeli constarent materia corruptibili, tunc ipsorum intellectus impedimentum aliquod pateretur.

Nec nostra sententia quicquam derogat, quin potius eandem confirmat, quod Angeli in veteri Testamento hominibus in assumptis corporibus apparuisse leguntur. Quandoquidem ideo assumserunt speciem corporis, quia non habuerunt propria corpora, cum sint naturæ substantiæ spiritualis. Induerunt autem ea tanquam vestim, ut D. Lutherus ait. Unde verò & quomodo illa corpora assument, alibi disputatur. Hoc tantum hac occasione teneatur: Illam corporum assumptionem in veteri Testamento singularem quendam Typum & indicium fuisse, quod magnus ille Angelus fœderis assumpturus esset corpus humanum. Omnes siquidem apparitiones in veteri Testamento ad illam apparitionem univèrsales & ordinatae sunt, quæ filius DEI apparuit incarnæ.

7. Ad argumenta t̄ prioris opinionis a^lta respondemus: ad pri-
mum, nos negare, omne illud, cui genus & differentia attribuitur,
compositum existere ex materia & forma. Nam licet quidem genus in
proportionem respondeat materiae, & differentia formae: Neque tamen
genus idem quod materia est, neque differentia idem quod forma.

Ad 2. Vocabula recipere, pati, item subijci eque voce de corrup-
tibilibus & incorruptibilibus dici. Alia siquidem est ratio in his, alia in
illis. In his enim absque motu & conditionibus materialibus, in illis
vero cum motu, & ejusmodi conditionibus.

Ad tertium. Nulla inibi est consequentia. Est enim equivoca-
tio in termino Purum esse: quod ita dicitur vel κατὰ τὴν & certo re-
spectu, vel ἀπλῶς. Angeli dicuntur puri actus κατὰ τὴν & respectu
rerum materialium & corporearum: Carent enim materia & corpo-
re: simpliciter vero & ἀπλῶς puri non sunt, quippe compositi ex esse
& essentia: solus Deus est ἀπλῶς, actus purus.

Ad quartum. Negamus rationem consequentiae. Falsissimum
enim est formam in materia receptam tantum finitam esse.

Conclusum itaque esto, Angelos siue Intelligentias ex materia &
forma compositos non esse.

QVÆSTIO IV.

An rectè Philosophus ostenderit unum es-
se in Mundo motorem?

1. Optimum t̄ribuendum primo motori. At melius est Deum esse
unum. E. Deus unus est. Minor constat argumento & auctoritate
Aristotelis, qui librum 12. Metaphysicorum hoc Homeri versu claudis:
ὅτι ἄγαθὸν πολὺ καὶ κατὰ τὴν ἑστίν.

2. II. Quicquid naturæ simplicissime, illud maximè unum est. At
primus motor est natura simplicissima. E. Minor probatur à remo-
tione causæ efficientis: Omne compositum componitur ab alio. At
Deus non potest componi ab alio: E. Omnium eum primū non agnos-
cit primus. Deus est omnium primus. E. non agnoscit priorem.

3. III. Si non t̄ unus esset primus motor, causa omnium causarum,
quibus omnes alie res essentiali subordinatione moverentur, sequeretur

nar omnem tolli effectum: sed hoc manifestè falsum. E. & illud; Majoris connexio hoc pacto stabilitur: Quia in omnibus causis essentialiter subordinatis, secunda causa non movet nisi virtute prioris à qua regitur. Quare si processus causarum in infinitum extendatur, nulla erit prima, nulla dabitur secunda, exspirabitq; tertia; & sic, uno verbo dicendo; sublata primà, tollitur tota rerum universitas. Quare necessario concedenda est prima aliqua & princeps causa.

IV. Omne † Ens finitum & factum, ab alio superiori originem trahit, & factum est: Illud verò aliud, vicissim vel ab alio factum est, vel non: si hoc, habemus quod volumus, nempe Ens unum & increatum; si verò illud etiam factum est, ab alio factum sit necessum est, de quo amplius inquirendum, & sic tandem acquiescendum est in Ente non facto, aut procedendum in infinitum, aut Circulus denique committendus, quorum neutrum cum fieri nequeat, subsistere cogimur in aliquo principio, illudque cum Xenophonte cœlum suspiciente nominatim appellamus DEVM, Magir. in comment. Phys. lib. 1. cap. 3. p. 59. Et proinde cum D. Paulo, Gentiles ἀναπολόγητος pronuntiamus, quod cum cognoverint esse Deum, & ex parte qualis esset; tamen mutarint Deum in brutorum formam, id pro Deo colentes, quod nec sensus pro D. o cognoscit.

Cæterum † cum de primo Ente dubitare impium sit, idque adeo evidenter sui nobis indiderit conscientiam, adeoque insculpsit quasi Adamante, ut nemo id, quantumvis sceleratissimus, negare audeat; atque propterea homines docti affirmare non dubitarint eos, qui id negarint contra conscientiam id fecisse: Nos plures rationes si qua prætereant ex Philosophia hauriri, & presentibus annexi quæ aut, intactas relinquantur, neque aliorum absurditates tanti facimus quas refutes mus: quin potius conclusione hac firmiter statuimus, & defendimus, primum esse motorem, eumque unum; illudque rectè, & ab Aristotele, & ab aliis Philosophis sanioribus semper assertum fuisse certè credimus.

QVÆSTIO V.

An primus motor juxta sententiam Philosophi omnis mutationis & magnitudinis sit expers?

B 2.

Dubius

1. *Dubius† constat: presens questio membri. 1. An primus motor sit mutationis expertus? Probamus Affirmativam ratione duplici: 1. Est immobilis, quoad essentiam; quoad iterum probatur. 2. Ex scriptura fundamentis: Malach. 3. v. 6. Deus ego sum, & non motor Iacobi. v. 17. Es. 40. v. 2. Luc. 21. v. 33. Matt. 24. v. 35. In primis vero locus ille Iohannis c. 4. hanc nostram affirmationem mirifice illustrat, ubi Deus vocatur Spiritus. Unde sic colligimus: Quicquid est Ens primum & actus simplicissimus, illud omnis potentia expertus est: Atqui Deus est Ens primum & actus simplicissimus: Ergo à potentia alienus. Mas forem ab omnibus Metaphysicis pro concessa sumimus: qui DEVM ab omni potentia passiva, (qua mutationis causa est) sejungunt. Hinc recte Plato Deum definit: Quod sit spiritus, & mens libera, segregataq; ab omni concretionem mortali. 2. Ex negatione efficientis: Mutare enim supremum, infinitum, omnipotens, &c. Ens non est virtutis finita, qualis est omnium creaturarum; quia inter agens & patiens proportionem dari oportet: inter infinitum verè primum motorem) & finitum (cetera entia omnia) nulla est proportio. 3. A natura agentium: Agentia non agunt sursum verùm deorsum, hoc est, causa inferior non agit in superiorem, sed superior in inferiorem, quia vero motor primus est suprema causa, non potest extimescere mutationem à causa superiore, cum nullam habeat nec ab inferiore, quia hæc non agit in superiorem, sed inferiorem. 4. Quicquid movet (inter causas secundas) movetur: à causa prima. Sed absurdum foret afferere motum em primum movere causam secundam ad sese immutandum & consequenter destruendum. Quare motorem primum in mutatione asserimus expertem. 5. Omnis mutatio subjecti fit per medias mutationes qualitarum, quas quia in motore primo non agnosimus, utique nec mutationem agnosceremus.*

II. *Inmutabilia† est quoad Decreta, habitã tamen ratione distinctionis inter Decreta Categorica (ut sic loquar) que scilicet sine annexã conditione quapiam fiunt, & Hypothesica, que facta sunt, cum certa quadam conditione, quale erat Ioann. 3. vers. 4. In utrisque Deus est inmutabilis ut sã scriptura dicit constanter, Num. 23. vers. 19. 1. Samuel. 15. vers. 29. Psal. 110. vers. 4. & 89. vers. 35. Job. 37. vers. 14. Psal. 123. vers. 11. Esai. 14. vers. 27. Eccl. 14. vers. 24. Quis omnia Dei inmutabilitatem & constantiam assignant. In Categoricis quidem dum sine conditione ordinat. In Hypothesicis, quando im-*
pl. us

pletur hypothesis, decretum evadat jam Categoricalum, & sine cum-
tatione perficitur: cum verò hypothesis relinquatur, hinc nulla si qui
potest impleri: atque hoc est immutabilitatis requisitum.

Poterius ¶ quæstionis membrum est: An primus Motor sit ma-
gnitudinis expertus? Ad quam ut respondeamus, attendimus. 1. rem
solere dici majorem, quo est minus, minorem, quo est magis restricta
& coarctata terminis: quo certe sensu primus motor dici potest magnus,
imò maximus, quatenus videlicet quàm maximè est ab omnibus quanti-
tatis terminis absolutus. 2. Magnum aliquid dici, quod est quan-
titate quadam continua affectum; longum scilicet vel latum, vel pro-
fundum. Talem magnitudinem primo motori magna absurditatis
evitanda gratià non ascribimus: Effet enim quantus certis terminis
circumscriptus & finitus: constaret etiam ex principis materia & forma,
& esse compositus, inessent ei accidentia, visibiles colores: tactiles
qualitates: & quid absurdi prætereanon? Hæc enim absurda esse,
quis sane mentis negaret? cum primo motore aliquid prius esset natura,
principia mirum, que principiata priora esse cum Scaligero extra da-
bium ponimus. Item in Essentia simplicissima esset compositio mate-
rie & forme Physicæ: esset primus (substantia) & posterius (acciden-
tia) Insuper id idem ipsius (invisitas, invisibilitas, simplicitas, incor-
poreitas &c.) negarentur. Imò nulla in re à substantiis creatis essen-
tialiter differre fingeretur.

Valcat ¶ iccirco Anthropomorphitarum delirium, in Deo brachia, &
oculos, aures dextram & sinistram, cor, pedes, idque alia humana mem-
bra tribuentium. Quamvis enim scriptura idem facere videtur, il-
lam tamen non proprie, sed κατὰ ἄνθρωπον ex patribus Nazian-
zeno & Damasceno didicimus, imò ex scriptura ipsa, que proprie de
D E O loquens, longè aliud docet, ut videre est loco d. ex Ioann. 4.
ver. 24. & alibi.

QUÆSTIO VI.

An Tactus tantum sit communis omnium
animalium?

Etsi ¶ non ignoramus, quemlibet exteriorum sensuum (quorum i-
nquinque numerant Physici) singulare quoddam præceteris Enco-

animi mereri! Sic visus omnium nobilissimus putatur Thomæ 1. part. 2. quest. 87. artic. 3. quem Zabarell. Intellectui haud immerito comparare voluit libr. 1. de visu cap. 1. Auditus item post visum præstantissimus, Simplicio teste 2. de anim. tex. 77. quique cum præcedenti de nobilitate certare videtur, & à Philosopho disciplina sensus nuncupatur. Sic reliqui item sensus Olfactus & Gustus, non multo inferiori laude censeudi, nec minus hominem in sui admirationem rapiunt, quam priores, que omnia ut vera, ultrò largimur. Si tamen de Origine, Communitate, & Necessitate res agitur, ordinem Tactum prægere nemo non animadvertit, qui quamvis reliquis omnibus perfectione & nobilitate inferior & quasi Mediastinus sit, ut D. Thom. innuere videtur, quando in 2. de anim. cap. 2. text. 27. abjectissimum eum, & omnium infimum nominat, suarum tamen proprietatum respectu, illum nulli externarum cedere sensum est.

2. Quandoquidem ¶ (ut de communitate, de qua præsens questio querit, solum hic agamus) duplici modo sensus hic dicitur communissimus.
3. 1. De ¶ quo principaliter queritur ratione animalium, tam imperfectorum quam perfectorum, quod Philosophus suo titulo 1. Metaphysic. capis. 1. item 2. de anim. capit. 6. text. 32. comprobatur. Nam sine Tactu animal esse nunquam potest, & nihil quicquam potest habere Tactum, quod non sit animal, Pertinet enim hic sensus ad consistentiam animalis, unde animal consistit, testante Aristotele loco dicto Et libr. 4. de anima cap. 3. ait: τὸ τῆ ἀφῆ εἶς δάεισ δαί τῶν ἰπῶν ἰπάσχει τοῖς ζῴσι. Tactu sensuque omnibus datum est animalibus. Item libr. 1. histor. an. cap. 3. τῶν τῶν ζῴων οἷο δῖο δῖοις μία ἰπάσχει καὶ τὸν δὲ τῶν ἀφῆ: Omnibus animalibus. Tactum saltem est commune. Unus enim ad salutem & conservationem maximè est necessarius, eoque demò animal effugere non pot. est tabilium qualitatuum exuperantias, quarum occursum mors statim irruit, Fernel. libr. 5. Phys. cap. 10. & Colleg. Conimbric. in 3. de an. cap. 1. quest. 1.
- ¶ Nec sibi Philosophus contradicit, quando in libr. de sensu & sens. cap. 1. & cum ipso Thom. Tactum & Gustum conjungunt dicentes, hos sensus necessario insequi animalia: Nam respondemus cum Alberto Magno de sens. & sen. tract. 1. cap. 2. qui inquit: Tactus & Gustus

Gustus, ne Tactus, solus necessarius est animali, id est, licet quaedam animalcula imperfectiora & Gustum habere videantur, non tamen vera gustus est, sed conditio quaedam ipsius Tactus. Et hoc ipsum Thom. voluisse hanc obscure patet ex 1. Metaphys. lib. 1. item 2. de anim. libr. 6. text. 32. Tactus est de necessitate animalis, & propter hoc invenitur in omnibus animalibus. Ceteri vero sensus in perfectis solummodo reperuntur.

II. Communis quoque est ratione ceterorum sensuum, tum in eo, quod quemvis sensum καὶ ἀνάλογον ab objecto tangi necesse est, cum et à quod proprie dictū Tactū praequirat & praesupponit gustus, itemque olfactus; cum contra id nec de visu nec gustu, aut ullo reliquorum tussu fati affirmare liceat. Quandoquidem Tactus naturā prior ceteris, & post illum gustum Zabarell. in Apol. lib. 1. cap. 7. fol. 14. d. Et visus praesupponit necessario Tactum, sine quo ille nulla ratione esse potest, ibidem libr. 1. cap. 6. pag. 27. §. e. & cap. 8. fol. 38. §. a. Est enim Tactus omnium aliorum sensuum fundamentum, est & primus, via generationis, Verfor lib. 1. quaest. 2. pag. 28.

QVAESTIO VII.

Quomodo Gratiae à Poetis fingantur?

Una tantum Venus fingitur Poetis; tres Gratiae. Cur vero non ut tres Gratiae, ita tres Veneres; vel ut una Venus, ita una Gratia? Certe pulchritudo, ita cum Venere juncta est, ut vix discernantur. Pulchritudo vero est in ipsis gratiis. Sed expedita res est. Venus subiecti rationem; Gratiae affectionum habent. Ut itaque absurdum non est, in uno subiecto tres vel plures esse affectiones: ita etiam una Venus seu pulchritudo & tres gratiae constitui possunt.

2. Nuda pinguntur: Gratiae enim pulchritudinis, ut diximus, 2. affectiones sunt. Vbi ergo pulchritudo, ibi & ejus affectio: At hac in exterioris corporis partibus. Ergo ut nuda pulchritudo, ita nuda, conspicua, & aperta hinc Gratiae.

3. Tertio: & inter se sunt junctae, ita tamen, ut una semper afficiens sit ad-versa. Gratiae enim virtutis genium & ingenium habent. Et ergo virtutes omnes quam perfecte & firmissimè, sunt unitae, imo una



una indivisibilis virtus existunt: ita Gratiarum una absq. altera perfecta non est; Vna vero semper afficienti a versa est: quia in nobis hominibus, postrema sua perfectione praedita, non inveniuntur.

4. Quarto: † semper ridens. Semper enim & ubique se hilares ostendunt, adeo ut ei puella gratiosa omnia concinnè facta, imò stectus ipse ridere dicantur. Atque hinc etiam Gratia Musarum perpetua sociæ & affines esse putantur: quod Musa elegantioris lautiorisque vita auctores videantur. Scalig. 1. Poet. 2.

QVÆSTIO VIII.

An in ociosos Leges ferendæ?

1. Ocium † aliud honestum & licitum, aliud inhonestum & illicitum omnid. & ociosis & negociosis notum est. Postremum hoc ocii genus, alii rursus in tres quasi ordines & species dissecunt: Vnam dicentes eorum esse, qui, ut sues in otio conditi, in nihil agendo laborant: Alteram eorum, qui nihil boni agunt, sed, sceleratissime ut vivant, unice laborant: Tertiam denique horum, qui in malis strenui, & omnis generis voluptatibus dediti neque honestatem, neque etiam animæ salutem curant.

2. Omnes † hos unius & assis, & farina iudicamus, deque illis, ne & id genus aliis inutilibus terra fungis, quos neque lex sacra & humana, tempus item, locus & konstas excusat, legibus cogendos & coerendos esse seridò statuimus.

3. Reipublica † enim inter est, inquit Imperator, ne resua quis male utatur. Instiuit. de his qui sui, &c. utilis est rei familiaris honesta amplificatio. Econtra perniciosum est Reipub. Ocio segnescere. Nam ut Catullus verè canit:

Ocium reges, & simul beatas
Perdidit, urbes,

Ejusmodi † enim ἀνεργήτους, non solùm se, sed etiam alios inficere, & in perniciem attrahere consueverunt. Nam ociosi (ut cum Manuano loquamur) ad ventrem & venerem, & ad omnia sordida nati. secum alios gangrana instar veneniunt & corrumpunt.

5. Obviandum † ergo huic malo, maxime cum inquisitione in ociosos: magna sæpenumero scelera detegantur. Nemo enim de vento vivere

vi vere praesumitur, ut scriptum reliquit Alexander Imperator.

Resse ¶ iccirco Aristoteles lib. 4. Polit. cap. 15. oportet, inquit, aliquem in civitate esse Magistratum, cui cura sit populum consilio praevinire, ne sit ociosus. Accurate id in Romanam republ. observatum fuit. Romae enim censoribus id negotium datum esse, memoriae prodicuntur, ne quis ociosus oberraret. Apud Graecos Lycurgi legibus juvenis laboribus exercebatur. Sic Athenis Areopagita, a quo vis vitae rationem exigere sciebant, quid operis faceret, vel unde se, suosque aleret. A Massiliensibus sacrificuli ejecti sunt, ne sub praetextu religionis ocium & luxum sectarentur. Vale. Max. l. 2. cap. 1. Amasis Aegyptii Rex legem sancivit, ut singuli quotannis apud Nomarchen, id est, cujusque perfecturae praesidem, uide vi veret, profiteretur: Qui vero hoc non facerent, aut genus vitae praesidi approbare non possent, illis poena extremum supplicium esset.

Statuenda ¶ igitur sunt poena in ociosos: quae vero qualesve illae esse debeant, prudentis Reipubl. moderatoris erit discernere.

Intelligenda ¶ vero haec sunt, (ut statim ab initio praemonui) de ocio inhonesto. Honestum siquidem ocium concessum est, ut est 1. Ocium literarum. In hoc enim qui vivunt certe nunquam minus aut rarius ociosi, aut soli sunt, quam ociosi, aut soli esse videntur. 2. sunt honestae & ingenuae relaxationes, quae certe, quia necessariae sunt, ad natum conferrendam & vires recolligendas, concedi omnino debent. Nam;

Quod caret aeterna requie durabile non est.

Et ut Bapt. Mant. canit;

Medicina fessis

Ora sunt, lassas inflant ora mentes,
Quas labor enervat, quas longa negotia frangunt.

QVÆSTIO IX.

An Forenses Leges Mosaicæ necessario in Christianorum Politis observandæ?

Sic ¶ consensent quidam: absurdum enim esse ajunt, Scævolam, aliosque Legumlatores leges suas sapientius candidisse, quam Deum ipsum.

C

ipsum. Deus etiam unus & solus omnium legum auctor est: & quae alia pro hac questionis parte adferuntur.

2. Ita ¶ est: & forensis & moralis legis autorem Deum ultro agnoscimus. An vero propterea utriusq; conditio eadem est censenda? En ipse Deus in ipsa promulgatione diversitatem servavit. Moralem primo loco, primoque tempore tradidit, proprio digito tabulis lapideis insculpsit, ac in arca foederis reponi curavit. Vbi in Forensibus & Ceremonialibus legibus tale quid animadvertitur? Moralibus etiam lex universalis est ad nullas, vel loci, vel temporis, vel personarum circumstantias alligata: Particulares contra Leges Forenses quippe ad Reipubl. Judaicam unice spectantes. Abrogationis itaque legum illarum manifestum testimonium est destructio politiae & templi, cujus insauratione quum auctoritate Iuliani Apostatatae denuo molirentur Iudaei, quid ipsis acciderit notum est ex Niceph. lib. 10. Sozomen. lib. 5. Histor. Eccles. cap. 21. Platina in vita Damasci. Vt enim exhibitio corpore merito umbrae Ceremoniales cessabant; ita destructa Politia Judaica, Forenses leges merito abrogatae sunt, quippe quantum huius Reipubl. leges erant, certasque duntaxat aequitatis & iustitiae formulas tradebant, quibus inter se Israelitae innocenter & quiete agerent.

3. Imperatorias ¶ leges quod attinet, preferendas illas esse Forensibus, simplici collatione non statuimus: sed ob temporum loci, populi ac status Reipubl. conditionem. Populi enim Iudaei singularem hic rationem Deus habere voluit.

Tandem ¶ si necessitatis opinio & praesumptio collatur, quasdam 4. Leges Moisaicas in nostris Rebuspubl. usurpari posse non minus inficias: Sed cum R. Hunnio p. m. statuimus; Maneat morale, quod legibus Forensibus inest, & rationem generis habes. Cedat speciale, quod circumstantiis pensatur.

QVÆSTIO X.

An leges humanae violatae obligent in conscientia?

5. Sunt ¶ qui affirmant; sunt, qui negant. Affirmativam tumentur Alfonso de castro de potest. leg. pœn. cap. 4. & multi alii, quos recense-

see Vasquius lib. 1. contrav. c. 29. n. 1. Quibus cum consentit Thomas Aquin. quando 1. 2. quest. 95. art. 4. ait: Leges humanas habere omnino obligandi vim in conscientia foro. Neque opinio hec destituta videtur rationibus: Magistratus enim potestati resistentes, ordinationi Dei resistere testantur sacra pagina. Et sanè lubrico fundamento Principium Majestas niteretur, nisi divina voluntate fulciri statueretur. Plures rationes lege apud Domin. Sotum l. 1. de Iustit. & Iure quest. 6.

Qui + negant, accuratè distinguendum esse ajunt, inter forum terrenum & conscientia; inter jus soli & poli. Forum conscientia & jus poli solius Dei esse videtur. Non enim cum hominibus, sed cum uno Deo negotium est conscientia nostris. Et Principatus tantum ad civium utilitatem externam & politicam creatus est. Imò ad æternam mortem homines ob Reipubl. regimen obligari, neque expedit, neque justum est, neque fieri potest. Non expedit; quia ad hanc rem efficaciores pœna temporales; Non justum est; quia ea pœna excederent mensuram delicti l. prospicientiũ ff. de panis. Non fieri potest: quia subditi, quo tempore Principib. potestate dederunt, non tam latam dedisse videntur.

En + utrinque instituta acies. Ne igitur erretur, distinctionibus opus est. 1. Leges humane, vel sunt de divino cultu: vel de Republ. Quae de cultu precipiunt, vel cum scripturis sacris conveniunt, aut ab illis discrepant, eis demquè contrariantur. Leges de Republica, si ve politica, sunt etiam in duplici differentia: Quaedam iterum ex ipsi juri divini ac naturalis visceribus erunt: quaedam de rebus nec divino, nec naturali jure expresse prohibitis ferunt. 2. Transgressio quoque eadem non est. Quaedam enim fit ex contemptu, & contumacia. Quaedam verò vel judicii imbecillitate, vel ignorantia, vel alio quodam imbecillitatis humane lapsu. Quae de cultu divino precipiunt & scripture sacrae contrariantur, tantum abest, ut obligent in conscientia, ut potius sine conscientia lesione observari planè non possint. Quocirca etiam politico Magistratu minimè concedendum est, ut novo divini cultus genere instituto conscientias illaqueet, & ut mandatis suis impiis subditos ab obedientia Dei abducat. In hoc itaque casu contemnamus potestatem, timendo potestatem. Aug. serm. 6. de verb. Dom. Grat. c. 11. q. 3. In illis autem, quae cum sacris literis conveniunt, & ex recta ratione sunt derivata, res satis manifesta est. In ceteris distinctio locum habet, inter transgressores ex contumacia & contemptu, &c. & ceteros. Si enim



*gressio fiat ex contentu, & contumacia, itemq; si legis materia gravior,
absque dubio nascitur obligatio in foro conscientia: alias non item.*

Finis disputationis quartæ.




Ad
Dn. Respondentem Philosophicæ
'disputantem.


Vis veri generosa lex Sophorum,
Lux ducens oculos, sed eruditos,
Quam multa jacet involuta nocte;
Nimirum DEVS arbiter, labore
Queri cuncta volens, reliquit umbram,
Dum lucem indidit ordini universi:
Illam nunc Logici indoles serenat,
Illam & Girschius ille amiculorum
Candor pellere nititur. Favemus.

Wolfgangus Seidelius.









4d

DISPUTATIO IV.
Centuriae Quartae.

**QVÆSTIONVM
ILLVSTRIVM**

PHILOSOPHI-
CARVM

In Inchtâ VVittebergensi Academia
Proposita:
PRÆSIDE

M. IACOBO MARTINI
LOGICES PROFESS.

Publ.

RESPONDENTE
CHRISTOPHORO GIRSCHIO
Culmbaco Franco.

*Ad 20. Februar. horu à 6. matutinis in auditorio col-
legii veteri.*

VVITTEBERGAE
Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus
Pauli Hellvigiij Bibliop. Anno 1600.